Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sancti Ascle martyris quod est X. kalendas. februarii

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

At illi cum audissent statim uelociter erant pedes eius
ad effundendum sanguinem innocentem et iusti.
pergebant ergo ad eum. Et cum inuenissent il
lum orantem. exiit unus ex illis qui erat prius
prior propositus poenarum eius. dixitque ad
eum. Tu uero reus es qui effugisti nos. et ecce
in manibus nostris es. et non discedis a nobis do
nec moriaris. aut immoles diis nostris. Patroclus
respondit. Ego daemonia non adoro immun
da. nisi unum dnm uerum. Carnifices dixerunt.
Ergo ds tuus qualis est natura et factura. patro
clus respondit. O amorem superstitiosum.
de deo quis enarrare potest. quia omnia quae
cumque sunt siue in caelis siue quae in terris.
omnia ipse creauit. Post ea misit a se filium
suum ihm xpm qui pro nobis sanguinem suum
effudit. ut nos de interitu redimeret. sepul
tus in terra surrexit a mortuis. deinde por
tatus ab angelis in caelum. emisit a se spm scm.
mundum repleuit in quo credere debemus.
siue uiuere in obsequium xpi. si mori pro nomine
xpi. ut similia patiamur. Nam in mundis
simum errorem et uanum amorem quam creditis.
scio daemonia esse qui in multis modis disper
gentur. sicut dixit propheta. In illa die cum
uenerit ignis examinatur. uae fallax daemonum
et opera eius sicut sicut scriptum est. Quicum
que sacrificauerit daemoniis. cum eis dimer
gitur in ignem aeternum. loquente hoc beato
patroclo. Elegius furore commotus dixit.
Perstringite eum in culis pedes. et manus eius cate
nas perstringite eum in terra. et gladio feri
te eum. secundum quod deos nostros contumelia
uit. Sic et sic patroclus genua flectens. in terra
prostratus a percussore. et cum percuteretur
dixit. In manus tuas commendo spm meum.
et animam meam. quia scio quod propter no
men tuum has poenas patior. Sic e gladio per
cussus atque decollatus caput eius proiecerunt
ab eo. sanguine perfuso. Et post mortem eius
passionis redeuntes ad caesarem. reliquerunt
corpus eius solum. Decollatus est autem xii. kl.
februarias. die vi. feria. quod est parasceue.
Audierunt autem duo senes qui et ipsi elemosinam
exspectabant. portauerunt corpus eius cum
metu et timore magno. et custodierunt eum
usque ad uesperam. Eusebius qui erat in eodem
loco archiprbr. cum liberio diacono. uenerunt
nocte cum linteaminibus. et inuoluerunt cor
pus eius et sepelierunt eum cum paruis lumina
ribus. propter turbam gentilium. Peruigilaue
runt et eum. cum duobus illis senibus et dicebant.
Quam pretiosa est dne in conspectu tuo mors sco
rum tuorum. et ipse dns dixit. Beati qui per
secutionem patiuntur propter iustitiam. qm
ipsorum est regnum caelorum. Laetamini in
dno et exultate iusti. et iterum dixit. Laeta
bitur iustus in dno. et sperauit in eo. Post tem
pore uero non multo. obquieuit persecutio
ecclesiae. Eusebius qui eum in sepulchro re
condiderat. ipse aedificauit super corpus eius
paruam cellulam. secundum quod possibilita
tem habebat. et cum ei humanae fragilitatis
obuenisset. poposcit sepulturam iuxta ubi fu
sus fuerat sanguis beati patrocli martyris. qui
passus est pro nomine dni nri ihu xpi. qui reg
nat cum patre et spu sco in saecula saeculorum am.

LIII EXPLIC PAS SCI POTITI : PATROCLI

INCIP PASSIO SCI ASCLE
MARTYRIS QUOD EST X KAL
FEBRUARII

VENIENTI AB HERMOPOLI CIUITATE
ariano praeside. oblatus est quidam
uir nomine ascla. quem cum uidisset iudex.
dixit ad officium. quis est hic apollonide.
Unus ex officialibus dixit. puto xpianus est.
Dicit ei praeses. Interroga ipsum et dicat
quis est. Respondit ei ascla. Ego xpianus
sum. Ait praeses. et non audisti tu quae in
uictissimi imperatores per omnes prouinci
as decreta aduersus xpianos direxerint.
aut cogantur diis sacrificare. Ascla dixit.

Audiuimus quae ad multorum scandalum iusserint.
Praeses dixit. Et usque ad regum contumelias pro
grederis. ut sacratissimas et saluiferas eorum leges
scandalum uoces. Ascla dixit. Fac quod uis. Ego
enim leges nescio esse nisi quae legitime et ad
utilitatem communem. non ad priuatam libidinem
proferuntur. Nam qualis est lex dicere ado
ra idola. Ait praeses. Non tibi sufficiebat im
peratoribus derogasse. insuper et deos idola
uocas. Iuro per ipsorum diuinitatem. quia ni
si eos confessus fueris esse deos. atque his sacra
persolueris. senties non obtemperantibus para
ta supplicia. Respondit ascla. Non timeo quae
minaris. Maior mihi formido est illum con
temnere qui dixit. Nolite timere eos qui cor
pus occidunt. animam uero non possunt. sed
potius timete eum qui potest et animam et cor
pus simul perdere in gehennam. Deus ergo timen
dus est. qui et integrum potest hominem et per
petuo cruciare. non uos qui ex parte. nec semper.
Arianus praeses dixit. Elige tibi bonum consili
um. et sacrifica diis immortalibus. Nam ut ui
des. et aculeus et tortores parati sunt. Ascla dixit.
Uideamus quis nostrum in hoc certamine fortior
apparebit. utrum tu a me per tormenta quae
minaris exigas idola deos dicere. an ego te
faciam Christum dominum meum uerum deum et creato
rem omnium confiteri. Iratus autem ad haec
praeses. iussit eum suspendi et torqueri.
Et cum atrociter eum laniarent. ut carnes eius
quasi lora in longum detractae sub pedibus ip
sius ruerent. nihil eis respondit. Cui arianus.
Suspensione att(en)tus dum ut uideo mollitur cor tuum
immolare deis. Bisamon autem quidam ora
tor ibi adstans dixit. Uicinitas mortis men
te eum excedere fecit. Ad quem sanctus ascla ui
gilanter dixit. Nec mente excessi. nec a deo qui
me finxit recedam. Arianus autem dixit ei
iterum corde duraris. Locus equidem non est
aptus in quo digne crucieris. sed fauentibus
diis ingrediemur ciuitatem. et ibi meritae

in oboedientiae tuae exsolues poenas. Et statim
iussit asclam praecedere. Et cum trans nauigato
fluuio descendisset ad ripam. hi qui occursu
ri iudici egressi fuerant ciuitatem. circumde
derunt sanctum martyrem. qui super oram flumi
nis propter recentes plagas stare non ualens
nudus iacebat in terram. Populi ergo cum ui
dissent praesidem ascendisse nauiculam ut
ueniret ad ciuitatem. parauerunt se occurrere
ei. Ille uero beatus audito tumultu dicentium
adest praeses. surrexit de loco in quo iacebat
et stans nudus exclamauit ad dominum. Deus meus
Ihesu Christe propter quem haec tormenta sustineo.
pro cuius amore nudus in spectaculo populo
huic expositus sum. exaudi me hodie ad glo
riam nominis tui. et extende manum potentiae
tuae et retine in medio flumine nauiculam.
in qua iudex impiissimus sedet. ne eum patiaris
uenire ad terram. donec confiteatur te esse
unum et uerum. a certatorem et dominatorem
omnium deum. et glorificetur in conspectu popu
li huius nomen tuum sanctum quod odit. Haec cum
plena fide domino rogasset. subito stetit in medio
flumine nauicula in qua iudex sedebat. nec mo
ueri ullatenus potuit de loco in quo tenebatur.
Quod cum uidisset iudex miratus est. et recorda
tus promissionis asclae. dixit ad suos. Putas
hoc opus non illius magi est christiani. Attamen
ambiguus de auctore euentus. iussit aliam
adplicari nauiculam. ex his quae non tenebantur.
Quam cum ascendisset. etiam ipsa stetit. Et cum
haberet uentum aptum. et uelum extensum.
nusquam ibat. Pro hoc ergo quod accederet
uolens iudex certus esse. simul et necessitate
urguente. misit unum de suis ad sanctum asclam. qui
ei diceret. quia timuisti tormenta quae tibi
comminatus sum. ideo maleficiis tuis egisti.
nec possim transire ad ciuitatem. Respondit
ascla dicenti sibi quae iudex mandauerat. Et ait.
Uiuit dominus deus quia non mouetur nauicula in qua
est arianus. priusquam confiteatur nomen

dñi mei ihu xpi. ſicut ei ante iam dixi. Dicit ei ille qui miſſuſ erat ad eum. Si confitetur in medio flumine quod ab illo exigiſ. quomodo audieſ tu qui ſupra ripam ſedeſ. Dicit ei aſcla. ſcribat ipſam confeſſionem dĩ mei & tranſmittat ad me. & eadem hora deſcendit nauiſ ad ripam. Retulit uerba ſci aſclae. int nuntiuſ arriano. & ille continuo accepta carta ſcripſit manu ſua dicenſ. Unuſ & uеruſ eſt dſ quem colit aſcla. & non eſt praeter eum aliuſ creator & dominator omnium. & miſit ad aſclam. Quam cum ſcſ martir legiſſ&. orauit. & deſcendit nauiſ ad ciuitatem. Eadem hora ingreſſuſ iudex iuſſit aſclã ad tribunal adduci. & dixit ei. Omnem uirtutẽ magicae artiſ tuae quam dſ odit expendiſti. ut mer& ine reſ in medio flumine. & ego quod poſſum exerceam in te. & confeſtim fecit exhiberi lampadeſ ardenteſ. & adplicari lateribuſ illiuſ & uentri. donec carneſ eiuſ liqueſcerent. Ipſe uero fortiſſimuſ xpi mileſ aequanimiter incendium ferenſ tacebat. Tacente itaque ſcõ. impiuſ arrianuſ dixit. Ut uideo moritur. & ſcſ reſpondit. & ſi morior iterum uiuam. Arrianuſ officio ſuo dixit. Laboreſ tantummodo expendimuſ in iſto. Nam quanto experimento probauimuſ. iſte pro fide ſua mori paratuſ. nequaquã adquieſcit ſacrificare & uiuere. Attamen & noſ adhuc agamuſ quod poſſumuſ. & ſtatim iuſſit ei ligari in pedibuſ lapidem. & precipitarẽ in flumine uiuentem. Militeſ autem tollenteſ eum abduxerunt. & ligantes lapidem grandem in pedibuſ eiuſ. tardabantur propter uim ciuium. qui ad hoc ipſum conuenerant uidere beatum martirem coronari. Qui & exhibuerunt ei ciboſ ut perciper&. ſed ille renuit dicenſ. Ceſſate rogare. Ego enim nec manducabo quicquam de hoc mundo. nec bibam ab hac hora. ſed paratuſ ſum ire & percipere. quae nec oculuſ uidit nec auriſ audiuit. nec in cor hominiſ aſcenderunt. ſed & uoſ proteſtor omneſ qui auditiſ. & laborate. ut comprehendatiſ bona quae praeparata ſunt ſciſ. Haec cum adlocutuſ fuiſſ& impoſuerunt eum in naui puſilla. Conuerſuſ autem. dixit hiſ qui aderant xpianiſ. filioli mei ne neglegatiſ ſepulturam meam. & quidem hodie & craſtino dimittite. perendie ſi dñſ uoluerit uenite ad aquilonem ciuitatiſ. & inuenietiſ meum corpuſ cum lapide qui mihi ligatuſ eſt. ſepelite me cum ipſo in ſepulchro. Et factũ eſt ita. Nam proiectuſ in flumine delatuſ eſt a dño uolente ad ripam. & die tertio uenienteſ de ciuitate fratreſ inuenerunt corpuſ eiuſ cũ lapide quo proiectuſ erat ad terram. & ſepelierunt eum cum ipſo in pace. Die menſiſ ianuarii uiceſima & tertia. Nam corona eiuſ dieſ fuit menſiſ ſupradicti uiceſima & prima. In xpo ihu dño nro. qui regnat cum patre & ſpũ ſcõ in ſaecula ſaeculorum amen.

EXPLICIT PAS SCI ASCLA

LIIII. INCIPIT PASSIO SCORUM BABILE ET TRIUM PUERORUM QUI PASSI SUNT IN CIUITATE ANTIOCHIA. DIE VIIII KL FEBRUA

SIQUIS STUDIOSIUS GLORIOSA MARTYRŨ geſta perquirat. ſemper aliquid quod pluſ mir& ur inueni&. babilaſ nobiſ praeſtat exemplum. cuiuſ pertinax fideſ. non cuiuſcumq; iudiciſ reſtitit. ſed rabiem ipſiuſ imperatoriſ extinxit. Oſtendenſ ſingularem contempnendam eſſe perſonam. cum dedi uirtute contentio eſt. Nam cum numerianuſ imperator noui ſacrificii buſtu redundanſ. nec dum inluuiae ſordidi in domiſ ablutuſ. facto impetu ingredi parar& eccleſiam. ut locum illum ueneratione digniſſimum profana uiolatione calcar&. babilaſ epſ illiuſ & ciuitatiſ & temporiſ. conuocatiſ omnibuſ xpianiſ. ubi hoc primum comperit quid agi deber& oſtendit. Hac omneſ ratione confirmanſ. nulluſ ex uobiſ o dulciſſimi filii formid& exitũ. ſtate fortiter. durate feliciter. Quae enim